

A Letter written to the Publisher. by the Excellent *Cassini*, relating to the foregoing Observations.

Observationes D. Flamstedii circa novissimam Lunæ Eclipsin cum nostris in Regio Observatorio habitis magna cum voluptate contuli. Ex iis quippe differentiam Meridianorum, quam olim, nostrarum Observationum collatione, Minutorum 11 definieram, nunc decem novis Comparationibus eandem intra pauca Secunda video confirmari. Integram Observationem nostram, utpote in Diario editam, & ad Te transmissam, minime transcribam: Comparationes autem à me initas hic subjiciam, ut nostrarum Observationum appareat consensus: De quo eo magis mihi gratulor, quod, cum Observationes aliæ ejusdem Eclipsos, alibi locorum habita nobisque communicatæ, procul ab ea concinnitate abesse deprehenderimus, Nostrarum cum Vestris eximius consensus utrisque conciliet autoritatem.

Astronomicam Speculam à Vobis adornari, eique eundem eximium Flamstedium præfectum esse, valde gaudeo. Quid ex ejus diligentia experientiæque sperandum sit, tum ex hoc specimine, mihi à Te transmissa, tum ex aliis patet. Vale, Vir Clarissime, & eidem D. Flamstedio meo nomine, si placet, salutem precare. Parisiis d. 7. Augusti 1675.

Observat. D. Flamstedii.	Observationes nostræ.	Differentia Merid.
Pentadactyl. testus. 13. 55. 15.	Idem seu Seleucus. 2. 6. 15.	11. 0.
Porphyrus testus. 14. 2. 20.	Idem seu Aristarchus. 2. 12. 40.	10. 20.
Sinae limbus primus. 14. 5. 30.	Ejusdem seu Tychois. 2. 16. 30. * vel 16. 25.	11. 0. * 10. 55.
Ætnæ limbus primus. 14. 6. 0.	Ejusd. seu Copernici. 2. 16. 30. * vel 16. 40.	10. 30. * 10. 40.
Besbici limbus prior. 14. 23. 5.	Ejusd. s. Manili med. 2. 34. 15.	Minor quam 11. 5.
Horminus testus. 14. 26. 3.	Ad eundem seu Dionys. 2. 34. 15.	Major quam 10. 12.
Tætigæ limbum primum Corcondometis. } 14. 39. 30	Ejusd. s. Paludis somni. 2. 50. 20.	10. 50.
Tætigæ palud. Merid. 14. 45. 0	Eand. s. Mare Casp. 2. 55. 20. * vel 55. 40	10. 20. * 10. 40.
Mæris tota testis. 14. 50. 40	Eadem. 3. 1. 10.	10. 30.
Immersio. 14. 56. 55.	Immersio. 3. 7. 45.	10. 50.
	* vel 7. 40.	* 10. 45.

Nota hæc * denotat D. Cassini peculiarem existimationem; in reliquis cum D. D. Picardo & Romero consentit.

An